seq; ad dictum. Antecedens probatur; quia denominatio vestiti, tecti, ambientis, et similes sunt mere extrinsecae: ergo etiam denominatio locati. Confirmatur secundo; quia si positis Petro hispali, et Paulo granatae, Deus auferat utrique suas ubicationes, seu praesentias, Petrus et Paulus eodem modo distabunt: ergo praesentia superaddita superfluit omnino.

Ad argumentum respondeo negando antecedens. ad probationem distinguo maiorem: ergo provenit in vestiatus intrinsece percipiendo, nego maiorem: extrinsece percipiendo, nego maiorem. Entitatem esse in loco plura imbibit, quaedam intrinseca, et extrinseca quaedam: intrinseca, scilicet propriam entitatem, et praesentiam, extrinsecam; ut verius vero claudit entitatem gimnasii, et illius praesentiam, sive ubicationem; quia [illegible] adiacentem [illegible] gimnatio ultra propriam entitatem, et praesentiam importat gimnasium, et illius praesentiam, siquidem si vere ablato gimnasio, aut praesentia gimnasii, [illegible] et in gimnatio. Unde negatur consequentia; ex dictum solum infertur, ultra entitatem, et eius praesentiam requiri praesentiam et entitatem gimnasii. Ad 1am probationem, [illegible] est indistantia [illegible] dari, nisi detur aliquid intrinsecum quo distinguatur ab illo et a loco. Nec probatio tenet; quia denominatio vestiti, tegentis et ambientis [illegible] aliquid intrinsecum in subiecto denominationem distinctam a talibus subiectis, sed eorum praesentiam ad vestes, tegumenta, et ambiens. Ad 2am confirmationem nego [illegible] suppositum, [illegible] manserunt granatae et hispali, [illegible] praesentiis; ideo quia [illegible] eodem modo distare, sed [illegible], sicut approximatio [illegible] iuxta naturam ubicationum [illegible] nullo vero [illegible] omnino impossibile est.

5o

ST III

idem corpus non solum definitive, sed circumscriptive potest in duplici loco divinitus existere.

Ut sensum in titulo positum intelligas, scias oportet, duplicem ubicationem, seu ubi: alterum est ubi definitivum, et alterum circumscriptivum. Ubi definitivum est, ratione cuius corpus ponitur in loco, ita ut totum sit in toto loco, et totum in qualibet parte loci: ut angelus potens occupare hoc gymnasium, ratione ubicationis definitivae in [illegible] partibus gymnasii, et totus in toto. Item Christus Dominus in Eucharistia existit per ubi definitivum; quia totus existit sub omnibus speciebus sacramentalibus, et totus in qualibet parte specierum. Modus iste existendi definitive in loco maxime imitatur modum, quo Deus existit in loco; ratione namque immensitatis totus Deus est in omni loco, et totus in qualibet parte loci. Ubi circumscriptivum est ubi, ratione cuius corpus ponitur in loco, ita ut partes sint extra partes, et singulae partes locentur distinctis partibus spatii, sicut corpora sunt in loco, duae extremitates locum occupant, ut patet in meo equo etc.

Fide catholica sancitum est, posse idem corpus divina virtute poni in duplici loco, si in altero ponatur definitive, aut in altero definitive, et circumscriptive in alio: siquidem corpus Christi Domini definitive existit sub omnibus speciebus sacramentalibus panis et vini, et simul circumscriptive in caelo. [illegible] Itaque dico, idem corpus posse naturaliter existere circumscriptive in duplici loco inadaequato, sicut quidem est in pluribus partibus loci; ut patet in hoc, quod diversae aeris partes circumstant; ut iam pars quod ambit alia pedes etc. Nec minus certum est, idem corpus supernaturaliter circumscriptive existere in duplici loco adaequato, ut simul hic pateat et [illegible] in hoc gymnasio, et [illegible] Francisci [illegible] Distat

q. p. enei, an idem corpus possit divinitus poni circumscriptive in duplici loco adaequato? affirmant scotus, nominales, et similes omnes, uno excepto p. Vazquez.

Fonsecam vero, et alii, quos citat et sequitur Castro Tomistam hic D. 1a. dubio 8o. sed haec sententia nunquam mihi placere potuit, quia opposita est communior, et semper prius conformiorem iudicavi. Quaestio 1o. probo: quod quod non implicat contradictionem, divina virtute concedendum est; sed idem corpus poni in duplici loco adaequato circumscriptive non implicat contradictionem; ergo divina virtute concedendum est. Maior est certa, minor quoque ex sequenti solutione intra examinanda facile constat. quod probatur 2o: quia idem corpus potest poni definitive in duplici loco: ergo potest etiam circumscriptive. Ant. est de fide, patet quia in venerabili eucaristiae sacramento. Cons. probatur; quia plus est poni corpus definitive in duplici loco, quam circumscriptive; sed 1um potest fieri a Deo: ergo et 2um. Maior probatur: corpus circumscriptive positum in duplici loco est in duplici loco, et ulterius non habet partes penetratas; sed quaelibet extra locum alterius, quod est partes illius quantum ad hoc naturaliter exigit existere; sed corpus definitive positum in duplici loco [illegible] corpus in duplici loco, et ulterius habet partes penetratas, quod est contra naturalem partium exigentiam, et nobis miraculum; ergo plus est poni corpus in duplici loco definitive, quam circumscriptive. Mitto huius sententiae probationes alias, quae apud nostros auctores possunt videri, ubi fusius Tomistarum argumenta.

Vel facilius possit 2a. sententia Tomistarum argumenta expedire, ad mentem, eam suppone facilis in negotio Tomistarum eucaristiae interveniri, et attente consideranti patebit. Opponunt igitur 1o. implicat quod idem sit idem, et non sit idem; sed si corpus in duobus locis ubi fuerit circumscriptive, esset idem et non esset idem; ergo implicat, quod idem corpus in duobus locis circumscriptive ponatur. Minor probatur; quia si idem corpus in duobus locis circumscriptive existeret, et igne transiret, si ulterius spatia dent

contigua, et à se ipso distaret, si essent remota; sed implicat, quod idem se ipsum tangat, et à se ipso distet: ergo est idem, ut supponit, et non est idem, ut arguo facto probat.

Confirmatur; quia si corpus in duobus locis cum eadem quantitate poneretur, quantitas illa distinueretur à se, seu divideretur, seu multiplicaretur: quod implicat, quod eadem quantitas indivisa, et immultiplicata maneat in duobus locis. Probo vero maiorem, nam do minimam replicationem in distantia, corpus illud se ipsum tangere, cum idem; cum in duobus spatijs continuis idem collocaretur, parte dextera illius sinistram tangeret: quod si fiat casus, quod una et eadem pars in duobus locis contiguis sit, necesse, quod sit absurdi, si dicamus, idem tangere se ipsum; sicut enim dicimus, Christum Dominum se ipsum in ultima cena contigisse, et se ipsum manducasse sub speciebus panis latentem.

Sed instans: implicat, quod aliquid sit sibi approximatum: ergo implicat, quod aliquid se ipsum tangat. Dicendum ante claritatis gratia: implicat quod aliquid sit sibi approximatum, nempe, quod sit in loco sibi approximati, nomen aliter, omittendum. Respondeo ita, quod in replicatione aliquem verum posset habere illa vox, quod iste nobis obiiciat implicatio. et habere etiam respondendo, quod in argumento dicebatur, esse, fore, ut corpus illud à se ipso distaret, si in locis remotis collocaretur: nam si reincasset, fore ut esset in locis distantibus, id plane sine ulla implicatione concedimus. Si autem aliquid aliud illa propositio significet, diluetur à nobis, si adversarius exponat. Ad confirmationem dicendum ante: quantitas in illo casu distinueretur entitative, non autem localiter distinueretur, omittendum; licet enim se habuit in locis non intellectis distincta, ipsa tamen in se continua manet. sic etiam ad idem omitto illam dividi, et multiplicari presentialiter, et quo ad se, sed localiter, et quo ad ubicationem, quod multum est.

Opponunt 2º: corpus circumscriptibile positum in aliquo loco, ita debet illi adaequari, ut nihil corporis existat

extra illum locum: sed si sit etiam in alio loco, aliquid corporis illius erit extra illum locum: quod implicat, quod corpus circumscriptive positum in uno loco sit etiam in alio. Probatur; quia locus circumscribens aliquod corpus est totus extrinsecus ei illius; sed totus extra est id, extra quod nihil rei possumus usurpare: quia locus circumscribens corpus aliquid est id, extra quod nihil possumus corporis illius usurpare. Nego consequentiam. Dic quemadmodum maiorem, concedo: ita debet illi adaequari, ut nihil corporis illius, debeat esse extra illum locum, hoc est ut totum illud corpus sit intra illum locum, concedo maiorem: aliter, nego maiorem. Sensus est, ita corpori debet locus adaequari, ut nihil corporis sit, quod non sit in illo loco; an autem simul in alio sit, non tollit circumscriptionem loci. Corpus enim Christi Domini circumscriptive est in caelo, et tamen illud idem corpus in loco alio est ubi spes (?) sacramentalibus. Similiter ad probationem dicendo minorem: totus est id, extra quod nihil rei possumus usurpare, quod non sit intra illum locum, concedo minorem: aliter, nego minorem.

Opponuntur 2° si idem corpus posset simul in duobus locis existere, posset etiam in duobus existere temporibus; sed non potest in duobus simul existere temporibus: quia neque in duobus locis potest simul existere. Nego maiorem. Dic paritatem, quod duo tempora nequeunt simul existere, ut autem in duobus temporibus simul existeret corpus, deberent tempora duo simul dari, sicut dantur duo loca. Responsio patet ex eo, quod inde probanda erat minor. Opponuntur 3° ex nostra sententia sequeretur, quod corpus palmare occuparet spatium bipalmare; sed hoc implicat: quia et nostra doctrina. Maior patet; quia corpus palmare solum potest palmare spatium occupare. Nego consequentiam maiorem: sequeretur quod corpus palmare occupare posset spatium bipalmare, tamquam spatium sibi adaequatum, nego maiorem: tamquam duo spatia sibi adaequata, concedo maiorem. Corpus itaque palmare est illud, quod in uno tamen extensione requirit spatium palmare, ut sibi adaequatum. Unde patet ad minoris probationem.

Opponunt 5° ex 1° Sanctus: si corpus collocaretur in duplici loco circumscriptive, requireret, quod naturaliter, etiam miraculo posset se restituere in duplici loco; sed implicat, quod naturaliter etiam miraculo posset se restituere in duplici loco; ergo implicat etiam id, unde sequitur. Maior probatur: quia si corpus qua tale in duplici loco restitueretur, et utrumque dependeret, corpus utrobique posito utrobique dependeret naturaliter. Et in decursu illo duplici loco naturaliter acquireret. Confirmatur 1°, quia corpus illud posset etiam in uno loco naturaliter moveri ad centrum, et in alio per impulsum moveri a centro: ...posset ab utroque loco, si esset id, motu per verticem moveri ... unde per se miraculo homo moveretur contrarios, quod implicat. Confirmatur 2°, quia etiam posset in uno loco summum calorem recipere, et in alio summam frigiditatem, si uno loco illi applicaretur ignis, et in alio nix. Unde sequitur, quod in uno loco posset per summum calorem ... et emori, quin moreretur in alio, ac proinde idem homo viveret et mortuus. Sed ... in ... solutione ... accipe 5m

Sectio IVa

Quae actiones debeant corpus in duplici loco comitari?

Sunt denominationes, quae possunt corpori convenire, aliae sunt dependentes a loco, et aliae a loco independentes: denominatio independens a loco, ut denominatio calidi, tantum importat calorem corpori unitum sive in hoc, sive in illo loco: denominatio a loco dependens ... denominatio recedentis a hac aula verbi gratia, dependet tantum a hoc, quod in ista aula, aut per illam fuerit immutatum antea corpus, quod ab illa recedere ... Talesque denominationes ... quae ... aut distantiam ab aliquo requirunt; haec tamen non possunt ... in ordine ad locum explicare. ... distinctio est, quae actiones ... debent

cor

corpus in duobus locis existentiam simultaneam, et quod dicitur nominationes de heretici illi in eodem loco convenire, etiam quia eorum operatio in uno loco sit recepta, de heretici in spatio sicut et quidem reponendum distantiam et quantitatem hanc obiectionibus solvendam est in ministerio eucharistie, in quo Christi Domini corpus in una ostia descendit, et ascendit in alia: similiter et ubi debet in anima nostra rationalis, cum tota sit in qualibet parte corporis, potest in una moveri, et in altera quiescere.

Sed haec distinctio, si dicas, posse esse dici absolute, et posse dici cum aliqua limitatione: ut Christi corpus ascendit, Christi corpus descendit: Christi corpus ascendit hic, Christi corpus descendit ibi. Similiter in contradictoriis, Christi corpus ascendit, Christi corpus non ascendit: Christi corpus ascendit hic, Christi corpus non ascendit hic. Ex quo colligitur, quod illae contradictoriae, sibi repugnant, et sine limitatione veniant; cuius ratio est; quia ipsa propositio abstracta, id est absolute facta, non ita realiter signat aliquem subiectum sed coniuncto: ut Christi corpus ascendit, idest, Christi corpus alicubi ascendit.

Unde contradictoria, quae absolute dicit Christi corpus non ascendit habet [illegible] sensum, Christi corpus nullibi ascendit, quod cum altera veritate pugnat; si autem in una propositione locus dicitur ut Christi corpus ascendit hic, non illi opponitur alia, quae dicit Christi corpus non ascendit ibi. et hinc cum non potest utraque esse simul vera minus; quam magis opponuntur oppositione logica ascendere et non ascendere, quam ascendere et descendere; sed ascendere et non ascendere possunt in diversis locis cum illa limitatione verificari: ergo ascendere et descendere possunt cum eadem limitatione verificari.

Hoc ipsum, quod de motibus contrariis diximus

e, qualetur ascensus et descensus, dici debet de acribus alijs, et qualitatibus contrarijs, ut si calor et frigus, et de denominationibus, quae ab illis possunt provenire. Poterunt ergo verificari de eodem corpore in duobus locis constituto, quod in uno sit calidum, et in alio sit frigidum, sicque per paritatem, quia non magis opponuntur calidum et frigidum, quam ascendere et descendere; sed de uno corpore in diversis locis constituto verificatur, quod hic ascendat, et descendat ibi, ut patet in corpore Christi Domini in duobus locis constituto: ergo etiam de uno corpore in duobus locis constituto verificatur, ~~hic ascendat~~ poterit, quod in uno sit calidum, et in alio frigidum.

Quod ut ad rem veniam, assero, quod si corpus in uno loco existens collocaret a Deo simul in alio loco, deberet secum ferre accidentia illa, et denominationes, quae independentes a loco sunt. Unde si in primo loco haberet calorem, calorem etiam eundem haberet in 2° loco; deberet tamen utrobique calor, quia dicunt applicaret alicubi contrarium agens; tunc componeretur qualitas contraria ibi, ubi contrarium agens applicaret, et cui qualitati ibi alia illa qualitas expelleret ibidem.

Doctrina proxime tradita continet duplicem partem, 1ª, corpus deferre secum ab uno loco in alium accidentia, et denominationes, quae sunt independentes a 1° loco. Et ratio est, quia si corpus in uno loco habet sibi conjunctum calorem, debet illum deferre secum, et in se retinere ubicumque sit, nisi ab aliquo impediatur conservatio caloris. Probatur; quia ideo corpus dum movetur ab uno loco in alium servat in sequenti loco calorem, et non relinquit illum in 1° loco; quia calor iste est independens a 1° loco, nec aliquid est, quod illi eum deferat, unionem; ergo similiter si corpus in alio loco ponatur, neque relinquat 1um, ad alium etiam locum deferret calorem. Confirmatur; quia ad tenendum calorem in 2° loco sufficit, quod maneat corpus, licet non maneat in 1° loco. Et hic unionum ratio est.

sibi faciat utrumque, sicut ubique in nullo est, quoties alterum ab uno in aliquem locum transfert: quod ex misterio eucharistiae restare nobis patet; quia ideo per naturalem concomitantiam, et concomitantia ponitur sub speciebus panis anima christi domini, quae est unita corpori; si autem non deberet naturaliter poni cum corpore in alio loco, sed quia alicubi est illi unita, posset in caelo manere anima cum corpore christi domini, et in eucharistia poni corpus sine anima.

Ad tertiam quae nostrae doctrinae est, quod licet illae, et denominationes, quae ab istis proveniant, tamdiu durabunt, quamdiu non aplicentur his, aut ibi contrariae agentes; si autem hoc agens in altero loco aplicetur, ubi recipit producet, et contrarias qualitates expellet. Ratio est; quia corpus in uno [illegible] constitutum se habet in ordine ad denominationes contrarias, ac si esset duplex corpus; cum in virtute aliter multiplex, quod replicat quoad locum, ut constat in corpore christi domini in eucharistia, et anima etiam ratione diversas corporis partes informante; quod non aliter sint per rationis definitivae, et aliter circumscriptive, partes respectu ad id, quod in [illegible] asserimus: nam quod [illegible] Dominus in una arctia ascendat, et in alia descendat; quod in caelo quiescat, et in terra moveat, solum provenit ex eo, quod sit in diversis locis. Hinc deducimus, ea dia in uno quoque loco, ea quae debere, quin illo requirerent, si in illo tantum modo esset corpus. Unde si uno aplicaret ignis, in illo duraret, et non in alio. Et ratio est; quia quod corpus sentiat, pendet ab aplicatione locali, dicitur per [illegible] mationem ignis ad corpus; unde effectus iste, et denominatio cum pendeat a tali loco, non potest in aliquem alium transferri.

Hinc etiam patet, quod in ultima obiectione [illegible] ad [illegible] bant, poramus tertio et ad [illegible] asserimus, corpus illud posse naturaliter, in modo [illegible] utrobique moveri contrarie, si utrobique de[illegible] corpus illud, cui inniteba[n]t: ex [illegible] positione

m. l. miraculi cetera natis requirunt, et in misterio eucharistiae dici debet. Et 2 frat; qa magis repugnat, qd moveat, et simul et quiescat, qq qd duplici motu de contrarijs moveat, sic deducit, sed si in uno loco descenderet corpus, qui inniteb, et in altero descenderet, in uno moveret deorsum, et in altero quiesceret, ~~in altero vero moveretur~~ ut ex dictis constat: quia si in utroque descenderet, in utroque moveret. Ad 2am qd in 2 ratione 1a adducebat, concedimus posse corpus in uno loco natis moveri ad centrum, et in alio impetu motu sursum à centro, posset quae fieri motus qq gressibus veramque potentias opositas, si ut ad qq. dicenderet de suis prioribus ubicationes. Praeterea concedimus ad 3am posse corpus in uno loco recipere summum calorem, et in alio summam frigiditatem, posse in uno mori, et in alio vivere, quia omnia ex suppositione l. miraculi, ut diximus, non repugnant, imo debent ita natis evenire.

Sectio V.a

De vacuo et spatio imaginario.

Definibit frequentius hic textus vacuum asserens esse locum non repletum, sive carentem corpore, quod planitatis gratia pot addere aptum tamen repleri, cum m. sit locus, ut circumcirca habere posit locatum, et ab illo repleri. Defo exemplare, solum exemplo illustrandam vacuum, qd modo repletum est, si ab eo aqua extrahat, neque in locum illius aer, aut entitas alia succedat, tale vas erit vacuum. Unde pot eundem locum, qui dum continet locatum habet denominationem pleni, eundem, dum illo caret dici vacuum, qd de formali, et in obliquo dicit carentiam, in recto tamen, et de materiali dicit locum reale, qq à spatio imaginario secernit, qd quia locum realiter non est vacuum, quamvis non decimus, qui illum dicant vacuum, indeterminatum; sed non debere cum multis loquendum est, solum qui locum realis est qui nomine signandus.

Non posse in rerum natura dari naturaliter uacuum certe est ueri[?] sententia quod pluribus experientijs confirmatur, indeque res naturales propria inclinationes conantur, et non sinunt existere uacuum. Obidem in exphistula cuius extremitas inferior aliqua in aqua, si extrahatur aer, statim ascendit aqua contra impetum proprij grauitatis. Preterea ... tesra ... nullatenus potest explari, nisi apperto foramine, quo aer in spatium intus inclusum se insinuat, ne si aere non ingrediente explarentur tales, darentur uacuum, et ... innumera alia ... globare ad eandem ueritatem comprobandam.

Videre uero ratione. Cur natura tantopere uacuum abhorreat, non facile est. et omissis uarijs rationibus quesita, apud Arriaga, uidendis, iudico hoc non esse aliam nempe melius ... esse ad ipsam exigentiam rerum sublunarium, quae naturaliter petunt, esse multum coniuncta, et contigua, itinde aliquorum interitus requiratur, ut ignis, et aqua ... Sic etiam nat ibus ea ... animam ... continuo agit in humidum radicale, nec a tali desistit actione, ... requiritur interitus. Lucerna etiam ... agit, quo assumpto, ipsam extingui necesse est. Similia que effectus naturales indicant res naturales sublunares exigere mutuam ... intra se, quam ... exigentia repugnat naturaliter dari uacuum.

Sed opponis 1°. Corpus Christi domini beatissimae uirginis, et aliorum, qui modo ... relinquit uacuum in hoc uni uerso: ... uacuum ... Res loco talium corporum produxisse alia Deum, siue aera, siue ... siue alterius speciei. ... infert dari uacuum supernaliter, quoniam corpora illa non nisi supernaliter ... Oppones 2°. ... experientia ... et aliorum ex parte ... aquam retinere ne sub-

cum ascenderet, tunc daretur naturaliter vacuum: ergo vacuum potest naturaliter dari. Antecedens probatur, quia magna est virtus angelica ad imprimendum in qualibet in corpora, quae si ita distant, quorum virtus, ut se contingat ut [illegible] quod potuit evenire id, quod in antecedenti affertur, eveniret quia vacuum.

Confirmatur, quia angelus potest naturaliter corpus aliquod sublunare secum deferre ad spatia imaginaria: ergo ratione talis corporis ablati dabitur naturaliter vacuum. Respondeo ad argumentum negando antecedens: sicut enim non potest Angelus naturaliter duo corpora penetrare, aut impedire combustionem ignis positis omnibus requisitis ad illam, similiter angelus retinens ex parte corporis sui [illegible] non potest impedire aquam detinere, ex suppositione quod aer terra aerem extrahatur; non magis potest angelus id, quod supra cui res tot [illegible] ad contradictionem [illegible] [illegible], et deinde; quod angelus non posse deferre tale corpus, nisi illud penetrando cum corporibus coelestibus, quod est naturaliter impossibile.

Diximus hucusque de loco reali tum pleno, tum vacuo, quod utrumque sub aliqua superficie corporis ambientis continetur. Unde patet locum realem, sicut plenum, sicut vacuum, non nisi intra supremi coeli ambitum contineri. Quia tamen supra ipsum supremi coeli extimam superficiem, quasi spatium aliquod infinite extensum imaginamur, ideo spatium illud imaginarium dicitur circa hoc autem imaginarium spatium aliqua solent investigare. Primo, quid sit spatium illud? Respondeo, spatium illud imaginarium nihil est creatum esse. Et patet, quia ultra omnia creata, nihil est creatum; sed spatium imaginarium est ultra omnia creata: ergo spatium imaginarium nihil est creatum. Maior patet et minor probatur, quia omnia corpora de facto creata sunt finite extensa: ergo ultra omnia datur spatium, in quo nullum corpus sit extensum; hoc autem est spatium imaginarium: ergo etc. Confirmatur, quia antequam Deus aliquid crearet, erat spatium illud imaginarium, in quo, seu intra

quod

ad mundum dicitur imaginarium: nam antequam Deus crearet aliquid, nihil erat creatum: ergo spatium imaginarium nihil est creatum.

2a

Difficultas est, an Deus sit in spatio imaginario: hoc est, an sit ibi, ubi nihil creatum est. Sententiam negativam defendunt Scotus et Suarez, P. Vasquez, P. Granado, P. Monsieu, et alii apud P. Tom. Disp. 33 sect. 4. Oppositam tenent P. Suarez Disp. 30 metaph. sect. 7 n. 30, Hurtado, Arriaga et alii apud eundem Tom. Sed revera non datur controversia de solo nomine: conveniunt enim utrique doctores in eo, quod Deus ~~[illegible]~~ extra coelos ambitum existat; differunt tamen in eo, quod P. Vasquez dicat Deum non esse in spatio imaginario, sed in se ipso; re vera non in se, sed in spatio illo imaginario esse concedant, et quidem Deum esse ibi, ubi nihil aliud est nisi Deus concedit cum aliis, qui asserentibus Deum vi sua immensitatis ita esse extra coelos, ut si corpus aliquod extra coelos crearet, et mundum aliquo removeret ab isto, necessario Deus esset ibi praesens sine ulla sui mutatione. An autem nunc sit ibi Deus tanquam in spatio, negat P. Vasquez, qui de corpore quolibet extra coelos constituto idem asserit, illud non in spatio esse, sed in se.

Ego tamen, ut meum fatear, ita utramque sententiam conciliarent, ut admissio illo, quod doctores concedunt, ulterius assererem, Deum ipsum esse apud nos, et ex nostro modo concipiendi spatium illud, quod imaginarium dicimus, quod in eo sensu in quo [illegible] dico, illud est idem cum immensitate sit praesens rebus omnibus creatis, non solum per intimam earum illis penetrationem, sed extrinsece etiam illas ambiens, et omnia explens circumdans. Porro Deum esse ibi, ubi nihil aliud est, nisi Deus, certum esse iudico; unde si aliquid extra coeli ambitum crearet, vere diceret, praesens Deo praesenti, et spatii illo ambiri, itaut quolibet isto corpore per Deum motum adhuc Deus illud circumdans, et immensitate

fictitium nempe, et hoc ē id, quare Deum, quasi spatium aliquod reale imaginemur, dicere igitur, et 2º se dari spatium n̄ ē in spatium, aut locum reali corporibus locandis; sed cum à nobis eo modo despiciat, Deus eo modo dicitur quasi spatium ē ad nram cogitum, et imaginationem imperfectam, qui n̄ possumus immensitatem Dei nisi hac rōe despicere.

Hinc intelligentur aliqua de Deo, q̄ vulgari notitia n̄ satis explanant. 1º intelligitur, qua rōe dicatur Deus ante mundum conditum esse in se ipso fuisse, hoc ē in nullo alio tamquam in loco; nihil enim erat nisi Deus ante mundum conditum. erat itaque Deus ubi nunc ē; cum autem nunc sit hic, ubi mundus iste ē, et ibi, ubi mundi alij eē possunt, ibidem etiam erat Deus ante illos, n̄ tamen hic aut ibi, tamquam in loco reali, à quo Deus contineat, sed tamquam in loco, sive spatio imaginario, quod nihil aliud ē ab ipso Deo. 2º intelligitur, quo modo verum sit, quod Paulus ait, in ipso vivimus movemur et sumus, scilicet tamquam pisces in aqua, et aves in aere, aut forte melius quasi spongia in oceano, ut acutissime ait Augustinus lib. 7 Confessionum cap. 5º. Legatur Cornelius not.s à Lapide ad eum locum, qui inter alias interpretationes, hanc de Deo, ut continente nos tamquam loco divino nelle [illegible] requirit, apud quem oio eiusdem docet sensu Gregorius Magnus libro 2º moralium c. 8.

Tandem 3º distat ē qua rōe intelligendum sint quae illum, in quibus de rebus extramundanis, hanc possibilitatem loquimur praedicata attribuentes, q̄ n̄ nisi in ordine ad locum, aut spatium aliquod possunt explicari, ut cum dicimus, Deum posse mundum alium extra istum, et ab isto remotum producere, posse Christum Dominum supra ipsum caelum ambitum, huc illuc dum moveri. Deo, his oibus similibus quae possunt sicut nobis à nobis, corpora illa cum dictatis, et spacialibus ubicationibus, quas ubicationes n̄ aliter dicimus, nisi per comparatione ad

thu

huncentumque modum, ut alii opinantur; quod iam diximus mundum alium extra istum produci posse, sensusque posse produci mundum alicuius ceu talicati catione, ut si fieret comparatio illius cum hoc mundo nostro, non habito continebit. Simili. item corpus Christi Domini supra celos omnes collocatum diceret mouerithuc aut illuc, hinc, acquireretque talem presentiam, seu ubicationem, quaecumque sensisti, aut ubi cati... ... nostri comparet, nunc prope, nunc longe a nobis Christus ipse distare. Vide rem istam videndus Pater Henao de empireo exercitatione 18 sectione 2a quaestione 2a.

Q. II

De tempore reali, et imaginario.

S. I

Tempus reale, et imaginarium definitur.

Difficile [illegible]

explicare naturam temporis, cum nihil etiam vulgarius tempore, quod docti pariter, et indocti experiuntur, et ignorant. Aristoteles 4o physicorum, illud definibit, dixitque, esse numerum motus secundum prius, et posterius, in qua ... ... grauissimae ... illa ... ... si tamen ... ... ut modo tempus; sed numerus ... numerus; ... ... quod tempus non est numerus. 2a, quia idem met tempus non potest esse longum, et breve: ergo tempus non est numerus motus. ... ... sicut in quantitate ... ... numerus motus ... ... tempus ... ... mobile, si eundem numerum motus ... ... centum

an

annis est longum tempus, quod in(?) tempus est longum et breve. quae difficul-
tas ut ea, quae solvi poterint, et defendi Aristoteles de fo..., ad hanc tamen
earum solutio non sufficit textus Aristotelis de tempore, quod aliud cedit. Propter
quod quod dicitur de tempore non est rectum, quod est declaravit, qualis omnis esse debet,
tot eget explicationibus.

Melius ergo duplex tempus distinguitur unum
intrinsecum et aliud extrinsecum. tempus intrinsecum est duratio
subiectiva rei habens primum et ultimum. Duratio est formaliter ratio cuiusdam
entitatis modo esse, aut heri fuisse, seu cras futuram esse, cuiusmodi
[illegible] in sequenti explicabimus. Duratio itaque communis est respectu ad ae-
ternitatem, quae vera duratio, a qua differt per primam illam habens primum; quia aeterni-
tas ut pote infinita non habet primum durationem. Habet itaque tempus ulti-
mam durationem, per quod differt ab eadem aeternitate et ab aevo;
quod licet habeat primum durationem, non habet ultimam, ideoque angelus, et
anima rationalis, licet in tempore incipere poterint, non ad tempus durabunt,
sed per aevum, sive quod idem est per totam aeternitatem a parte post. Dicitur etiam
durationem temporis esse subiectivam; quia quemadmodum ubicatio ipsa
afficit corpus hic, et illud non potest adhuc divinitus alibi co-
locare, similiter duratio ipsa rem nunc durantem reddit, ut ad-
huc divinitus immutata post per eandem non posset durare, sicut per ea-
ndem immutatam ante nunc non potuit durare.

Tempus extrin-
secum est duratio subiectiva motus regularis, et uniformis desti-
nati ad mensurandam durationem rerum, quae existunt sicut talis
motus. In hoc tempus extrinsecum debet esse duratio; cum mi-
sit mensura reliquarum rerum, quae durant necesse est, ut illud in du-
ratione, et illam includere. Deinde debet esse subiectiva: tum
quia fere omnis duratio talis est, tum etiam quia subiectio maxime condu-
cit ad melius cognoscendam rem. tempus [illegible] est maxime notum,

et

a ipsa eandem rationem talis duratio debet esse motus; immo ... optime dicuntur, et percipiunt philosophi. Sed motus iste debet esse regularis, hoc est, non debet esse hodie uelox, et cras tardus, hodie continuus, et deinde interruptus, et ob istam rationem duratio motus celorum aptissime tempus extrinsecum est, cum illi ipso existentis; quia talis motus regularis, et uniformis est, ideoque apposite ... inseruit ad mensurandam res illi ... existentes.

Nec ab istud se discedit philosophus; nullibi enim inter philosophos ... de tempore extrinseco intelligi, et nomine temporis extrinseci celorum motus ... patet deinde nostra ... ipsis sacrae ... Genesis 1°, ubi celorum motus ... et tunc tempus dicit, dixit autem Deus, fiant luminaria in firmamento celi, et dividant diem a nocte, et sint in signa, et tempora, et dies, et annos; 3° quia fere omnium gentium ... motus celorum tempus dicit; ideo quia ali annumerant motibus nobilibus ... Sed alia ... ratio est, ... motus ... regulares, et uniformes, et ideo ... ad mensurandam durationem aliarum rerum ... similem ... rationem optime explicat tempus extrinsecum.

... idem ... et tempus imaginarium; est enim tempus quod apprehendimus, ut aeternum et reale, est re uera ... et reale tempus non ... Apprehendimus enim ab eterno, et ante ... tempus reale fuisse ... uera tales durationes non fuerint, et ... ad ... Dei eternitatem intendimus explicare, et cuius libet entis, sive possibilis, sive ... quod apprehendimus ab eterno ... et apprehendimus, ... aliud non est, ... istarum durationum ... recte ... tempus imaginarium, primo quia tale tempus ... imaginatum. 2°, ... id tempus solum obiective existit; quia non uere et realiter. 3°, ... existit id tempus ...,

ad

qdi impprie existere in enti possibilé existentis. ita q sid tempus: vere dat, vi qd imaginarium vocat.

Sed obiicies 1o: idq numero motus pot ee tempus longq et breue, ut si sol tarde moueat, fiet tempus longum; si cito velociter, breue: q tempus aliqd addit supra ipsu successiuas motum. Resp. concedendo totum; nor. m. ad tempus requiri mea alterius durationes successiuas, quae cum sint breuiores, aut longiores; seu omnes singulis instantis bene durant, et deinde pereunt: ideoque motus est breuis, q pauciores habet durationes, et longus, q plures.

Obiicies 2o: adhuc si n eet possibilis in rebus, aut voluntas determinant durationem celi ad mensurandas durationes aliorum entium, daret tempus: ergo haec destinatio oio requiritur ad ratione temporis constit; a. si motus coelestis existeret, nec id deinde moueret, daret tempus: q motus iste n requirit ad ratione temporis. Resp. distinguendo ant: adhuc si n eet possibile etc. daret tempus intrinsecum, concedo ant: daret tempus extrinsecum, nego ant. daret m. duratio motus coeli, et ut intrinseca, q tempus intrinsecum e; cum tamen destinata n eet ad mensurandum, et deficeret tempus, qd extrinsecum est. et eadem ratione ad 2 probationem; si coeli ulterius n moueret, nobis deficeret tempus extrinsecum, qd modo habemus, instituere [illegible] aliud extrinsecum tempus ad intrinseca tempora denotanda, ut clepsidras, vel aquam, horologia, aut arenas, equorum regulare motum, et successiuam durationem motus reliquorum durationem metiremur: tempusque extrinsecum tunc pot durationi talis motus.

SE. II

An duratio distinguat a re cuius duratio e?

Duratio pot duplicit accipi: primo, pro ut significat perseverantiam, existentiam, aut permanentiam rei in esse. Sic res, q in instanti tantum est, n dicitur durare, in 2o duratio 1o

positi veri ... durationem productae fiat, qua res est in tempore, sed etiam ab eterno, et de duratione sic accepta rogamus an distinguatur realiter ab entitate illa, cujus est duratio? 1a sententia negat durationem distingui ab illa re, quae dicitur durare. Defendunt Scotus, Suarez D. 50 metaph. s. 1o n. 5 Hurtado, Oviedo, Recentia ... phisicorum p. 1 n. 16, et alii. 2a sententia affirmat durationem distingui realiter a re durante. Ita ... salas ... 2a s. 12 n. ... Arriaga ... aliqui ... alios aliarum ... sententiae patronos videbis.

Sit nostra conclusio cum authoribus 2æ sententiae: duratio realiter distinguitur a re cujus duratio est, et a tempore extrinseco, sive id sit reale, sive imaginarium. Probatur 1o: quia possunt existere res, et tempus extrinsecum, quin res duraret in tali tempore: ergo rem durare in tempore extrinseco est quid realiter distinctum a re, cujus est duratio, et a tempore extrinseco. Consequentia patet ex re petita proprio, quae realiter separantur, realiter distinguuntur. Antecedens probatur: quia christus Dominus vere extitit, et tempus extrinsecum diluvii vere extitit; sed christus Dominus non duravit tempore diluvii, loquor de christo Domino 2m humanitatem: ergo possunt existere res, et tempus extrinsecum, quin res duret in tali tempore.

Confirmatur 1o: ab eterno cognovit Deus existentiam Adami, nec non cognovit existentiam temporis realis extrinseci, quod est annus 1670 a nativitate christi; sed non cognovit Adamum duraturum tali tempore: ergo tali tempore durare est aliquid realiter distinctum ab existentia Adami, et existentia ~~Adami~~ talis temporis. Confirmatur 2o: eodem modo omnes cognoscimus existiturum annum 1680 et cognoscimus antichristum existiturum; sed non cognoscimus antichristum tali tempore existiturum; re vera modo nunc non existebit: ergo existere antichristum, sive durare tali tempore est aliquid distinctum ab existentia antichristi, et talis temporis.

Ad

Ad haec plura dicunt adversarii, quae facile possunt im-
pugnari ex dictis, quia in locum dicimus agentes pro nostra tota re, et nunc
unionem realiter distinctam: arguam. et replice quae nobis in praedictis contes-
tationibus, etiam hic a nobis stant mutatis solum nominibus: ex quibus
aliter fuit tractant. P.P. Arriaga d. 15 physicorum s. 1a, et alii loco su-
pracitato, apud quos videri possunt, dum nos ad solutionem contingimus
eorum, quae reasserunt adversarii.

Obijciunt quod 1o. nostram: posita praecise existentia
rei, sive etiam et temporis extrinseci, sive realis, sive imaginarii durat
res in illo tempore: quod duratio non distinguitur a re, cuius est duratio, et tem-
pore extrinseco. Antecedens probatur, quia illis praecise positis res et tempus coexistunt;
nihil autem ulterius requiritur, ut res in tali tempore duret. Confirmatur 1o, quia et
Paulus sit indifferens ad coexistendum cum Paulo, et non coexistendum; in-
differentia tamen praecise tollitur praecise per hoc, quod Paulus existat, quin neces-
se sit imponi extrinsece aliquid realiter distinctum: quod similiter Paulus coexistet
cum hoc tempore, sive in illo durabit, si praecise ponatur hoc tempus. Confirmatur
2o: duratio ipsa, per quam Paulus durat in hoc tempore est indifferens, utrum
duret, vel non duret; sed durat se ipsa, et non per aliquid distinctum: quod exis-
tentia praecise durabit se ipsa, et non per aliquid distinctum. Confirmatur 3o;
quia Deus durat absque duratione intrinseca realiter distincta
eo praecise, quod omni tempore coexistat: quod et creatura durabit hoc
tempore eo praecise, quod illi coexistat.

Nego ad argumentum distinguendo antece-
dens: posita praecise existentia rei et temporis extrinseci res
durat, si simul ponantur, concedo antecedens, si non pon-
antur simul, nego antecedens, ut probatione nostra constat.
Unde potius desumes robur conclusionis nostrae pro-
bationem; ergo quando possunt res, et tempus existere, nec
in simul existant, quod simul existere [illegible] impedit distinctum

est à tempore, et re, quare distinguo antecedens probationem: illis praecise positis res et tempus coexistunt, si simul ponant concedo antecedens: si non illud negabis. Ad primam confirmationem concedo antecedens, et distinguo consequens: similiter tempus coexistet cum hoc tempore etiam si Petrus iam supponatur cum propria duratione intrinseca realiter ab illo distincta, concedo consequentiam: si sine illa supponatur, nego consequentiam. Quando Petrus existit in rerum natura habet durationem ratione cuius hodie est, et adhuc indifferens est, ut coexistat paruo, et non coexistat, coexistet quando paulo, si hic ponatur in rerum natura cum duratione, ratione cuius sit hodie, quod potest fieri absque mutatione intrinseca petri, quia petrus iam habet formam, ratione cuius durat hodie, et paruus etiam illam habet, et ut coexistant nihil ulterius requirit. Ad rem, si Petrus iam haberet propriam durationem, et cum illa supponatur, ut duret in hoc tempore reali, non est necesse poni in Petro nouam formam intrinsecam; secus enim ea esset necessaria, et talis forma praesupponeret.

Ad 2.m Confirmationem concedo maiorem et minorem et nego consequentiam. Ratio est, si Petro poni durationem intrinsecam, non quia indifferens ad modo durandum, uel non durandum; sed quia indifferens est ad modo durandum, et de inceps per annum, uel saeculum durandum, quod duratio haec non habet, quae si duratura est, modo debet durare, et non alio tempore: uerum talis existentia licet possit poni in hoc

Ro

loco; vel non poni, se ipsa ponit in loco, quia indifferens non est, ut hic ponat, vel alibi, ceterum corpus non se ipso ponitur in hoc loco; sed per ubicationem distinctam, quia indifferens est, ut hic vel alibi ponatur.

Ad tertiam confirmationem concedo totum: si enim prius res creatura hoc tempore coexistat, durabit in illo; nec vero poterit illi coexistere nisi per durationem realiter distinctam. Nec valet argumentum a Deo ad creaturas; Deus enim est determinatus propria eternitate ad semper existendum, vel non existendum: unde quia non bene arguitur, Deus est ipso est in omni loco absque ubicatione distincta: ergo et creatura, quia Deus ratione immensitatis determinatus est ad existendum ubique, non creatura, quae propterea eget ubicatione distincta realiter: ergo simili ratione in presenti non bene a Deo ad creaturas arguitur.

Obijciunt

1°. res in priori naturae ante durationem durat; est enim iam producta, et extracta a causis; sed tunc non habet durationem distinctam; est enim duratio ut sic posteriori naturae: ergo res durat sine duratione realiter distincta. Confirmatur quia petrus vel simul natura prius producitur quam duratio, vel ergo petrus prius productus determinatus est ex natura sua ad hanc durationem in hoc instanti, vel indifferens ad hanc, vel quamlibet aliam; sed neque primum neque secundum: ergo res non durant per durationem intrinsecam realiter distinctam. Minor probatur quo ad pr

primam partem: Deus potest petrum producere in quocumque tempore, quin faciat contra eius naturam: ergo petrus productus non est determinatus ex natura sua ad hanc durationem in hoc instanti. Quo ad secundam partem probatur eadem minor: sicut Deus posita existentia petri, dedit illi durationem in hoc instanti A, potuit illi dare durationem in instanti B futuro post mille annos; sed hoc implicatorium est: ergo petrus non est indifferens ad hanc, vel quamlibet aliam durationem. Probatur minor: si talem durationem tribueret illi Deus, duraret petrus in instanti futuro post mille annos, quin mille anni praeteriti erint, quod ex terminis apparet implicatorium: ergo duratio realiter distincta est implicatoria.

Deo concedendo maiorem; prioritatem quae subiectum praecedit durationem non est prioritas in quo, sed prioritas a quo, ideoque nunquam subiectum intelligitur existens, quin intelligatur durans. Et nego minorem, quia ea prioritas est praecise a quo, et licet sit in quo, qualis est respectu huius durationis in particulari, est in quo non temporis, sed rationis, propterea que non esset verum dicere, quod illo priori non durat, sed quod pro illo priori non intelligitur durare, et nego consequentiam; quia semper ea res durat, habet durationem realiter distinctam, licet pro posteriori naturae illam habeat: sicut res semper est in loco per ubicationem realiter distinctam, licet ea ubicatio sit pro posteriori naturae.

Ad confirmationem concedo maiorem, et nego minorem; est

enim

enim petius indifferens ad hanc vel illam durationem. Ad probationem nego maiorem, quia licet petius sit indifferens ad hanc vel illam durationem; duratio tamen non est indifferens ad informandum petium nunc, vel alio tempore; sed si nunc informat, non potest nisi nunc, et quae post mille annos non potest illum informare, nisi inter utramque durationem possint mille intercipi anni. Ideoque modo non potest Deus tribuere petio durationem, quam potest habere post mille annos, sicut neque in hoc loco potest Deus tribuere petio ubicationem, quam potest in alio loco habere. Alia argumenta possent adduci, pro sententia nostra impugnanda; sed quia ex dictis possunt absolui, ideo illa omittimus in praesenti.

SECTIO III.a

Dubitationum aliquarum expeditio huius libri materiam absoluit.

Dubitas 1.o an duratio sit modus, vel res absoluta? Respondeo esse entitatem absolutam, cuius ratio est; quia non implicat saltem divinitus separari ab entitate cuius est duratio, sicut non implicat, ubicationem divinitus separari a corpore, cuius est ubicatio. Dubitas 2.o an plures compositi durent eadem duratione, vel diversis durationibus? Respondeo durare diversis durationibus: potest enim materia durare, quin duret forma, et e contra, et idem est de aliis partibus; ergo duratio omnium non est eadem. excipiuntur tamen entitates essentialiter durationi affixae, ut unio, productio, et ubicatio durationis, quae durant per durationem rei cuius sunt modi. Alioquin esset procedendum in infinitum.

Dubitas 3.o an sit possibilis entitas se ipsa durans? Respondeo affirmative: sicut enim duratio se ipsa durat, et contra non poterit se ipsa durare? Dubitas 4.o an duratio sit essentialiter ens, et subiecta, vel possit esse sine subiecto permanenti? Respondeo, impossibilem esse durationem alicuius permanentem, quae duret per durationem

ab

annos, aut bis, in his eas. Ratio est, quia est ita, scilicet Dei dominium, quod tanto tempore non possit dextrue re entitatem tali scilicet durationi. Deinde incredibile videtur, hoc asserere de ea duratione non posse eo tempore occidi, etiam si in partes minutissimas divideatur, aut bombardae glandae percutiatur, quia talis duratio permanens impossibilis.

Dubitatur 5.° an entitas aliqua possit sine duratione, et ubicatione produci? hoc est, an entitas aliqua possit produci, quin producatur in aliquo loco, et in aliqua differentia temporis? Secundo idem implicat, et negative ponitur alio duo quo ad ubicationem. Conclusio est 1.ª Patres Vasquez, Moniez, Medatium, et Oviedo videndi apud Auctorem Com[p]ton Disputatione 3.ª Sectione 5.ª Apud quem in nostra sententia militant eximius Doctor Pater Arrabal, Molina, Hurtado, Arriaga, et ipse Compton, quos recentiores sequuntur communiter.

Probatur nostra conclusio: quaelibet entitas vere existens, aut existit intra mundum, aut non existit intra mundum, sed ad utramque partem contradictionis requiritur ubicatio: ergo implicat, entitatem aliquam existere sine ubicatione. Major patet, et minor probatur, et in primis requiritur ubicatio, ut petrus verbi gratia sit intra mundum: id enim probant argumenta quae etiam ei imus. Debere dari ubicationem realiter distinctam; quia petrum esse intra mundum non consistit praecise in entitate petri, et mundi, quia si petrus produceretur extra mundum, daretur petrus, et mundus, et petrus non esset in mundo: ergo ut sit in mundo, requiritur ubicatio realiter distincta; sed etiam ut petrus non sit intra mundum requiritur ubicatio; quia potest dari quia

in

in rerum natura, et non in quo nomine, ut sit intra mundum quin detractio variftet de petro, quod sit intra mundum ii... ei ... sit intra mundum: ergo ad hoc ut petrus non sit intra mundum necessaria est ubicatio: ergo ad utrumque extremum contradictionis requiritur ubicatio.

Confirmatur: quia de medio id, quod possibile est, et si impossibile ad rem praesentem non conducens, sit productum esse a Deo spatium omne possibile, tunc quod a Deo produci petrum sine ubicatione, adhuc necesse est petrum habere ubicationem: ergo impossibile est, entitatem aliquam creari sine ubicatione. Probatur antecedens: de Petro producto sine ubicatione verificaretur alterum ex his contradictoriis, inter Petrum et spatium A potest corpus intercipi, inter Petrum et spatium A non potest corpus intercipi; sed utraque propositio exigit ubicationem: ergo etc. Minor quoad utramque partem probatur: quod possit corpus intercipi, vel non intercipi inter Petrum et spatium, non est praecise Petrus et spatium ut patet: ergo ubicatio realiter distincta.

Secundo ... pars conclusionis circa durationem probatur; quia ... praecise, quod existat, vel est in instanti A, B, et sic de reliquis: non enim potest intelligi, quod res sit, et aliquando non sit; sed ut sit in aliquo instanti esse debet duratione: ergo impossibilis est entitas sine duratione: ... praenotata evidens; ergo impossibile videtur aliquid existere, quin unum ex illis tribus illi competat fuisse, esse, aut fore.

DP VIII

plui cong

